ἢ καταλλάττονται, ἢ οὐδὲν περαίνουσι. καὶ οἷς μὴ λυσιτελεῖ διατρίβειν ἐπιτηροῦσιν ἢ δίκην, ἢ ἔκτισιν, οἷον, οἱ ξένοι καὶ αὐτουργοί· ἐπὶ μικρῷ τε γὰρ διαλύονται, καὶ ῥᾳδίως οἱ τοιοῦτοι καταπαύονται. καὶ τοὺς πολλὰ ἠδικηκότας, ἢ τοιαῦτα οἷα ἀδικοῦνται· ἐγγὺς γάρ τι δοκεῖ τοῦ μὴ ἀδικεῖν εἶναι, ὅταν τι τοιοῦτον ἀδικηθῇ τις, οἷον εἰώθει καὶ αὐτὸς ἀδικεῖν· λέγω δ' οἷον εἴ τις τὸν εἰωθότα ὑβρίζειν αἰκίσαιτο, καὶ τοὺς ἢ πεποιηκότας κακῶς, ἢ βουληθέντας, ἢ βουλομένους, ἢ ποιήσοντας· ἔχει γὰρ καὶ τὸ ἡδὺ καὶ τὸ καλόν· καὶ ἐγγὺς τοῦτο τοῦ μὴ ἀδικεῖν φαίνεται. καὶ οἷς χαριοῦνται, ἢ φίλοις, ἢ θαυμαζομένοις, ἢ ἐρωμένοις, ἢ κυρίοις, ἢ ὅλως πρὸς οὓς ζῶσιν αὐτοί. καὶ πρὸς οὓς ἐπιεικείας τυχεῖν. καὶ οἷς ἂν ἐγκεκληκότες ὦσι, καὶ προδιακεχωρηκότες· καὶ γὰρ τὰ τοιαῦτα, ἐγγὺς τοῦ μὴ ἀδικεῖν φαίνεται· οἷον, Κάλλιππος ἐποίει τὰ περὶ Δίονα. καὶ τοὺς ὑπ' ἄλλων μέλλοντας, ἂν μὴ αὐτοί, ὡς οὐκέτι ἐνδεχόμενον βουλεύσασθαι. ὥσπερ λέγεται Αἰνεσίδημος Γέλωνι πέμψαι κοττάβια ἀνδραποδισαμένῳ, ὅτι ἔφθασεν, ὡς καὶ αὐτὸς μέλλων. καὶ οἷς ἀδικήσαντες δυνήσονται πολλὰ δίκαια πράττειν, ὡς ῥᾳδίως ἰασόμενοι· ὥσπερ ἔφη Ἰάσων ὁ Θετταλός, δεῖν ἀδικεῖν ἔνια, ὅπως δύνηται καὶ δίκαια πολλὰ ποιεῖν. καὶ ἃ πάντες ἢ πολλοὶ ἀδικεῖν εἰώθασι· συγγνώμης γὰρ οἴονται τεύξεσθαι. καὶ τὰ ῥᾴδια κρύψαι· τοιαῦτα δὲ, ὅσα ἢ ταχὺ ἀναλίσκεται, οἷον τὰ ἐδώδιμα· ἢ τὰ εὐμετάβλητα, ἢ σχήμασιν, ἢ χρώμασιν κράσεσιν. ἢ ἃ πολλαχοῦ ἀφανίσαι εὔπορον· τοιαῦτα δὲ τὰ εὐβάστακτα καὶ ἐν μικροῖς τόποις ἀφανιζόμενα. καὶ οἷς ἀδιάφορα καὶ ὅμοια πολλὰ προϋπῆρχε τῷ ἀδικοῦντι. καὶ ὅσα αἰσχύνονται λέγειν οἱ ἀδικηθέντες· οἷον γυναικῶν οἰκείων ὕβρεις, ἢ εἰς αὐτούς, ἢ εἰς υἱεῖς. καὶ ὅσα φιλοδικεῖν δόξειεν ἂν ὁ ἐπεξιών· τοιαῦτα δὲ τά τε μικρά, καὶ ἐφ' οἷς συγγνώμη. ὡς μὲν οὖν ἔχοντες ἀδικοῦσι, καὶ ποῖα, καὶ ποίοις, καὶ διὰ τί, σχεδὸν, ταῦτά ἐστι.

A aut reconciliantur: aut nihil proficiunt. Et quibus non eſt vtile tempus conſumere: expectãdo vel iudicium, vel ſolutionem, vt ſunt peregrini, & opifices. Nam ob res paruas tranſigunt, & facilè tales mitigantur. Et qui multas iniurias intulerunt, vel tales, quales patiuntur. vicinum enim quiddam videtur ei, quod non facit iniuriam, eſſe, cùm talem iniuriam paſſus eſt aliquis qualem conſueuit etiam ipſe facere. B Dico autem, vt ſi quis ſolitum contumeliam facere, verberet. Et qui malè fecerunt, vel facere voluerunt, vel volunt, vel facturi ſunt: habet enim & iucundum, & honeſtum & vicinum: eſt hoc ei quod facere iniuriam non videtur. Et quos iniuria afficiendo gratificabuntur, aut amicis, aut iis, quos admirantur, aut quos amant, aut dominis, aut omnino ad quorum arbitrium viuunt ipſi, & apud quos licet æquitatem conſequi. Et quibus crimen obtulerunt, & à quibus ſeiuncti ſunt, vt Cal- C lippus fecit in Dionem. Etenim talia vicina ſunt ei, quod iniuriam facere non videtur. Et qui ab aliis læduntur, ſi eos ipſi non læſerint, quaſi non amplius liceat conſultare, vt dicitur Æneſidemus Geloni miſiſſe cotabia, cùm ſeruitutem induxiſſet, quòd præueniſſet, quaſi & ipſe facturus fuiſſet. Et quos ſi iniuria affecerint, poterunt multa iuſta agere, tanquam facile ſa- D naturi, vt dixit Iaſon Theſſalus, Oportere ſe nonnulla iniuſta facere, vt poſſet etiam iuſta multa facere. Et in iis, in quibus omnes, vel multi iniuriam facere conſueuerunt. ſe enim veniam putanr conſecuturos. Et in ijs, quæ facilia ſunt ad occultandum. Talia autem ſunt quæ vel celeriter conſumuntur, vt eſculẽta: vel facilè commutantur, aut figuris, aut coloribus, aut E temperamentis, vel quæ multis in locis abdere in promptu eſt. Talia verò ſunt quæ facilè portantur, & in paruis locis abduntur. Et quibus indifferentia, & ſimilia multa prius erant ei, qui iniuriam facit. Et in ijs, quæ pudet dicere eos, qui iniuriam paſſi ſunt, quales ſunt mulierum propriarum contumeliæ, aut in ſe, aut in filios. Et in ijs, quæ tractare ſtudio litium videbitur is, qui ius perſequatur: huiuſmodi ſunt parua, & in quibus venia eſt. Ac quomodo quidem ſe habentes iniuria afficiant, & in cuiuſmodi rebus, & quos, & quamobrem, ferme hæc ſunt.

Κεφάλαιον ιγ.

Τὰ δ' ἀδικήματα πάντα καὶ τὰ δικαιώματα διέλωμεν, ἀρξάμενοι πρῶτον

CAPVT XIII.

INiurias autem omnes, & iuſtè ſuſceptas actiones diſtinguamus, exorſi primùm